

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. III. De amoris diuini affectu & effectu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48934)

108 FRANC. ARIAS CAP. III
CAP. III.

De sancto amoris diuini affectu, qui
sit, in quo consistat & quid operetur.

AMOR interior duos princi-
pales habet actus circa ren-
amatam. Primus est compla-
centia rei ipsius amatæ, ut sc. eadem
placeat & grata sit: vnde sequitur
complacentia boni rei ipsius amata
1.2.q.25. Ita S. Thom. nō aliud est amor quā
2.2.¶ q. complacentia boni, id est, rei ipsius
26.4.1. bonæ amatæ. Nam qui amat rem
matā quodammodo velut seipsum
existimat, & velut quid ad se intime-
pertinens: & erga eandem inclina-
tur & conformatur, velut ad quid
sibi maximè proportionatum, &
conuenientissimum: itaque eadem
eiusdemque bonum illi placet, ut
sibi is ipse & suum ipsius bonum, at-
que in hoc unio affectiva amoris
consistit, quod in amore primum, &
D. Thom. maximè illi proprium est. Alius a-
2.2.q.27. moris actus est, bonum velle rei a-
2r.2. matæ, esse, vitam, delectationem, &
quidquid illi conuenit & decet, &
hoc illi bonum eo affectu velle, quo
id sibi

DE ORAT. MENTALI. 109

id sibi optaret, aut rei quam ut suam
maxime habet. Nam si alicui bonum,
sine hoc affectu optet, propriè amor
non est, sed nuda benevolentia, ut o-
ptimè notat D.Thom. dicens: Ut bo-
num aliquid alicui velle, proprius
amoris sit actus, ex unione illa af-
fectiva nascatur oportet, qua bonum
illud tali optat ut sibi, aut velut rei
sux, aut ad se pertinenti: proinde a-
mor includit benevolentiam, &
magis huc affectum & unionem au-
get. Atque hinc nascuntur alij affe- *Aristoteles*
ctus amoris, quos tradunt Philoso- *lib. 9. 8.*
phi, velle scilicet quod amatus vult, *ibid. c. 4.*
elgere quod eligit, illius bono gau-
dere, malo vicissim dolere, eiusque
commercio delectari. Quæ vbi hoc-
ce affectu unionis fiunt, ad amorem
referuntur. Et quoniam ex omnibus
illis actibus, unituum huc affectum
amoris magis exprimitur, qui rei a-
matæ bonum querit; hinc amorem
definientes Philosophi dicunt, *A-*
Arist. lib. *2. Rhetor.*
amor est alicui benè velle, cum amori
nihil essentialius & proprium ma- *c. 4.*
gis sit, quam affectus hic unitius,

E 7

quem

110 FRANC. ARTAS CAP. III
quem diximus. E quo & reliqua
etius & opera nascuntur.

D. Thom. Quemadmodum in corporibus
1. 2. q. 26. graibus, grauitas illa qua in locis
4. 1. q. 2. conuenientem vergunt, est velut
mor quidam naturalis; è qua grau-
tate nascitur, quod ad locum illum
cū celeritate ferantur, in eoq; qui
escant: ita & in appetitu sensitio
aut intellectuali, quæ hominis vo-
luntas est, ex cognitione & appre-
hensione rei alicuius bonæ, aut quæ
velut bona habetur, nascitur in ap-
petitu rei eiusdem complacentia,
quæ est ipse amor. Si vero res amata
homo sit, qui eam veræ amicitia &
more amat, hac complacentia ean-
dem estimat velut seipsum. Atque
hinc fit, ut ipsius bona aut mala ve-
lut propria habeat, occasione bono-
rum gaudeat, non secus ac proprijs,
& malis doleat, velut si ipse eadem
pateretur. Hinc omnia illi bene vult
succedere, nulla vero male. Atque
haec omnia amato vult, non com-
modi alicuius aut solatijs, quod inde
sequitur, intuitu, sed solo amati
ipsius

AP. III
reliquia
rporibus
in locis
velut
a gran
im illu
coq; qui
ensitua
inis vo
z appre
aut qu
ur in ap
centia
s amati
cita a
rā ean
Atque
ala ve
bono
oprijs;
eadem
è vult
Atque
com
dinde
amati
ipsius

DE ORAT. MENTALI. III
ipsius respectu, quem cordi insecul-
ptum gerit. Hæc est amoris natura
& conditio. magni autem refert hæc
commodè intelligi, vt sciamus,
quomodo sanctus hic amoris Dei
affectus exercendus sit.

CAP. IV.

*Quomodo hunc amoris affectum ex
horum mysteriorum meditatione
elicere, & exercere possumus.*

ANIMA, quibus Deus in
oratione, particulari sua vi-
sitatione, pretiosissimum &
sauissimum diuini amoris affectū
infundere dignatur, quo fit ut re-
rum omnium obliuiscantur, & in-
flammentur, ac penitus amore ab-
so: beantur; hac durante visitatione
cœlesti, hoc monito opus minimè
habent. At ubi hac visitatione ca-
rent, & in rem eorum, qui hanc ex-
pertī non sunt, verū ad eandem se
disponere volunt, quomodo hunc
amoris affectum exercere debeant,
docere opus est. Anima ergo in ora-
tione